


# U r k u n d e n

zum

I. Theil der Geschichte des Geschlechts  
v o n H a r d e n b e r g.

---





I.

Günter von Hardenberg und dessen Vettern  
treten ihr Recht an den Zehnten zu Sie-  
burg an das Kloster Amelungsborn ab.  
1245.

In nomine domini, Ego Guntherus de  
Hardenberge nos quoque fratres Hermannus,  
Bernhardus et Theodoricus filii domini  
Bernhardi de Hardenberge universis has lit-  
teras visuris volumus esse notum et publice prote-  
stamur, quod quidquid juris seu beneficii feodalis  
habuimus in decima villae Syburgehusen,  
Amelungsbornensi ecclesie contulimus, receptis sep-  
tem marcis puri argenti a domino Theodorico ejus-  
dem ecclesie abbate tunc temporis existente. Ego  
vero Guntherus eandem decimam de consensu co-  
heredum meorum Godescalco de Perrimont,  
a quo in beneficio receperam, resignavi ea  
de causa, ut jam dicto monasterio conferretur.

. . . . Actum et datum Rodhe anno incarnatio-  
nis domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXXV<sup>o</sup>.

Falcke Trad. Corb. p. 865.



## II.

## Ludolf von Plesse verkauft dem Kloster Amelungsborn eine Hufe zu Holthusen. 1247.

In nomine domini. ego Ludolfus junior dictus de Plesse universis tam presentis quam futuri temporis fidelibus in perpetuum, quia factis hominum plerumque oblivio refragatur humane memorie fragilitas litteris utiliter adjuvatur, ne quod certum est fiat dubium, aut quod rationabiliter gestum est per oblivionem forsitan destruat. universis igitur notum facio esse, scriptum hoc inspecturis, quod mansum unum in Holthusen situm, quem abbas de Steine ab Hermanno de Hardenberge juniore contractum mihi vendidit fratri Theoderico de Snetingehusen ad manum ecclesie de Amelungesborne decem marcis puri argenti vendidi, mei juris nihil retinens in eodem, hujus rei testes sunt dominus abbas de Steine, ego Ludolfus de Plesse, Hermannus senior de Hardenberge, Guntherus et Henricus de Boventen, item pensionem alterius mansi in prescripta villa siti et quinque marcis puri argenti emptam ab abbate de Steinem cum advocatia ejusdem mansi mihi pertinente predicto fratri pro decem marcis puri argenti vendidi cum omni juris mei integritate, porro ipsum mansum ab henrico henrici filio de Snetingehusen, cui proprietates pertinebat, pro septem marcis et dimidia puri argenti idem frater emptione legitima comparavit, Ut autem utriusque



mansi contractus in statu solido perseveret. et ecclesia perpetuo tranquilla possessione gaudeat, presentem paginam inde conscriptam sepe dicte ecclesie dedi sigilli mei munimine roboratam. hujus rei testes sunt. Henricus de Snetingehusen. Johannes parvus et Bertoldus de Moringen. Actum anno domini MCCXXXVII.

Falcke in addentis ad Tradit. Corbej. p. 867.

### III.

Günter von Hardenberg tritt sein Recht an dem Zehnten Oederikeshusen dem Kloster Hildewardeshausen ab. (vor 1248)

In nomine sancte et individue trinitatis. Operationis sancte propositum nulla debet occasio impedire. Ego igitur Guntherus miles de hardenberhe divino admonitus spiramine cum consensu uxoris mee et omnium heredum meorum decimam in oderikeshusen ecclesie sancte dei genitricis Marie et sanctorum martirum stephani et viti in hildewardeshusen. pro spe celestis gratie consequenda. et usui fratrum et sororum ibidem deo famulancjum profuturam. quicquid juris videbamus in ea habere libere et absolute contulimus sub quieta possessione perpetuo possidendam. Ipsius vero ecclesie conventus ut huic beneficio condigna gratiarum actione responderet mihi predicto G. et fratri meo Bernhardo et uxori mee, et meis heredibus consorcium sue fraternitatis assignave-



runt. Vt igitur hec mutua Karitatis exhibitio in memoria teneatur, et perpetuam firmitatem adhipiscatur, eam scripto impressione sigilli nostri signato commendari constituimus. Ipsam et testium ydoneorum subscriptione roborari decrevimus. Quorum hec sunt nomina. Bernhardus de hardenberhe. Rodolfus sacerdos de rostorp. Cunradus sacerdos. Milites vero Conradus de Rostorp. Bertoldus de honstat. heinricus de medehem. Ludewicus filius cunradi de rostorp.

Rönigl. H.

IV.

Heinrich Bischof von Hildesheim übergibt  
Hermann von Hardenberg ein Vorwerk  
in Hardeggen zwischen 1246 - 1257.

Henricus dei gratia. Hildesemensis Ecclesie Episcopus. Omnibus Christi fidelibus salutem in nomine salvatoris. Praesentibus litteris constare volumus Universis. Quod cum Capitulum Ecclesiae nostrae bona in Hevenhusen ad praebendam fratrum pertinentia domino Hermanno de Hardenberge causa nostri producentis libris obligasset, ne pro sua benevolentia incommodum aliquod reportaret Vorewericum nostrum in Hardessin eidem assignaverimus tali moderatione adhibita, ut tam diu annuos fructus percipiat donec praedicta bona in Hevenhusen ei plene et perfecte fuerint restituta preterea pro centum libris quas praefatum Capitulum solvit pro no-



bis comiti Hermanno de Woldenberge obligavimus ei decimam in Hardissem ut de eadem ita recolligat usum debitum quod ex pietate quam nobis subveniundo praestitit nullum sentiat detrimentum. Hoc autem sub sigillo nostro fecimus conscribi, ne de eis contingat in posterum dubitari.

Hilb. D. A.

V.

Die Grafen von Dassel verpfänden ihr  
Schutzrecht über das Kloster Fredelsheim  
1250.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Stili cavetur officio ne vel volubilitate temporum seu quorumlibet malificiosorum mutabilitate Rationabilium factorum immutatio procuretur. Hinc noverint universi tam presentes quam etiam futuri quod nos fratres dicti de Dasle, Heidenricus et Adolfus, pari consensu fratris nostri comitis Ludolfi, nec non et favorabili affectu heredum nostrorum, Advocatiam in Fridesle cum omnibus attinentiis preposito Hermanno et Ecclesie in Fridesle impignoravimus pro quinquaginta marcis et una marca presentibus viris honestis et discretis videlicet Frederico advocato, fratribus de Hardenberich Hermanuo et Thiderico similiter et de Rostorph Ludewico et Thethardo, qui predictam impignorationis sponsonem Ratione ecclesie in Fridesle a prefatis fratribus li-



beraliter manu receperunt, ita tamen ut medio tempore dominus dux de Brunswic, ejusdem Ecclesie favorabilis existat tutor et benignus defensor. Hujus rei testes sunt Hermannus abbas de Helmershusen. Fratres de Hardenberich Hermannus et Thidericus de Rostorph Ludewicus et Thethardus et quam plures alii. Ne autem hujus laudabilis facti memoria alicui veniat in dubium, seu in oblivionem labatur ignorancie, presentis scripti munimine cum appensione presentium sigillorum decrevimus firmiter roborandum. Actum verbi incarnati Anno MCCL.

## VI.

Die von Hardenberg überlassen dem Kl. Amelungsborn  $\frac{1}{2}$  Hufe in Holthusen gegen 4 Mark und  $\frac{1}{2}$  Berding. 1251.

In nomine domini Hermannus senior de Hardenberge universis presentem paginam inspecturis in perpetuum. ne querele sopite reviscant ex calumnia malignorum. provide res gesta scripture testimonio et fide testium confirmatur. ideo est. quod presentes scire cupimus et memorie transmittimus futurorum. quod cognati mei Hermannus et Conradus dicti de novali itemque Bernhardus filius patrum ipsorum. acioni. quam habuerunt in fratres de Amelungsborne super dimidio manso sito in Holthusen. nec non duobus nocturnalibus calceis. quos annuatim ab eis acquisierunt. receptis ab eisdem quatuor



marcis examinati argenti et dimidio fertone finaliter renunciaverunt cum omni posteritate eorum in perpetuum. Ut autem hoc factum in dubium nulli veniat, rogatu renuntiantium presens scriptum sigilli nostri patrocínio, simul et supscriptione testium roboramus. Testes sunt, Guntherus de Bovenen, Johannes de Moringen, Conradus monachus et sacerdos, Theodoricus conversus in Amelungesborne, et alii quam plures. Datum anno MCCLI.

Falcke Trad. Corb. p. 870.

### VII.

Johann Hermann und Helmold Brüder von Herste verkaufen dem Kloster Steine 3 Hufen Landes und 1 Hof in Oieshusen 1260.

Nos Johannes Hermannus et Helmbertus fratres milites dicti de Herste notum facimus christi fidelibus universis, quod de communi consensu et bona voluntate omnium heredum nostrorum tres mansos sites in villa Oieshusen et curiam vendidimus ecclesie beate Marie Virginis in Stene cum omni utilitate et attinentiis in silvis et pratis, viis et inviis perpetuo possidendos. In hujus rei testimonium presentem literam dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec Anno domini MCCLX presentibus clericis domino Conrado decano, Wernero de Wirockeshusen, Werner de Mengershusen Canonicis Ecclesie



Northunensis, Laicis Hildebrando et Johanne de  
legetaria et quam pluribus aliis fide dignis.

### VIII.

Dietrich von Hardenberg bezeugt, daß Jo-  
hann von Snetingehusen auf seinen An-  
spruch wider das Kloster Amelungsborn  
Verzicht geleistet hat. 1262.

Ego Theodoricus miles dictus de Har-  
tenberg omnibus tam presentibus quam futuris  
presens scriptum visuris notum esse cupio. quod  
Johannes de Snetingehusen omni actioni,  
quam habuit in fratres de Amelungesborne, super  
universis bonis, que quondam pater suus et ipse  
possederant in Snetingehusen, receptis ab ipsa ec-  
clesia duabus marcis et dimidia ac moldeco siligi-  
nis filio suo consentiente coram civibus in Morin-  
gen penitus renunciavit, hoc idem fecerunt tres fi-  
lii patruī sui Suetheri, recepto fertone et dimidio,  
qui et ipsi super loco molendini olim ibidem con-  
stituti, memoratam ecclesiam similiter impetebant,  
ut autem hec eorum renunciatio etiam coram me  
facta firma permaneat et in posterum omnis super  
hoc calumnia sit exclusa presentes litteras inde  
confectas et inde conscriptas de voluntate utriusque  
partis sigillo meo utile duxi communire.  
Datum et actum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXII.

Falke Trad. Corb. p. 865.



## IX.

Dieterich von Hardenberg bezeugt, daß er zugegen gewesen sey, da der Graf Sigebodo von Scharffeld von dem Kloster Amelungsborn 4 Mark Geld und 9 Ellen Tuch bekommen hat. 1264.

Nos Theodericus de Hardenberge universis presentem literam inspecturis cupimus esse notum nos interfuisse et audivisse, ubi comes Sigebodo de Scartvelde receptis quatuor marcis argenti et novem ulnis panni, promisit se habere ratum et venditionem, quam frater suus Burchardus fecerat cum Ecclesia de Amelungsborne in decimis sive mansis, qui ad proprietatem suam sive ad feudum pertinerent, factum est hoc in Hardenberge, Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto. Hujus facti ut evidentior notitia habeatur, Sigilli nostri titulo protestamur.

## X.

Dieterich von Hardenberg verkauft dem Kloster Reifenstein  $3\frac{1}{2}$  Hufe Landes in Beberstedt. 1264.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Theodericus miles dictus de Hartimbrecht presens scriptum in perpetuum universitati vestre notum esse desidero, quod ego Theodericus de consensu heredum meorum filii



mei videlicet Dithmari, filii fratris mei Hermanni, Hermanni scilicet Junioris III. mansos et dimidium situs in villa, que dicitur Bevestete vendidi venerabilibus et in Christo dilectis fratribus in Riphenstein pro IIII marcis proprietatis forma jure perpetuo possidendos, addicitur et ut fratrum meorum et antecessorum pro eo apud Deum memores esse teneantur. Insuper quicunque predictos fratres in iisdem bonis inquietare attemptaverit, nos partes nostras interponemus et eos ab omni dampno reddemus immunes. Testes hujus rei sunt sororii mei Theodericus et Baldewinus de Eldeleibessen. Hildebrandus Ginke de Goslaria et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie MCCLXIII. Ut autem hujus veritas inconvulsa permaneat, presentem literam sigillo nostro communivimus apud Harthibrecht.

Wolfs Gesch. des Eichsfeldes I, S. N. XXXVIII.

## XI.

Hermann und Werner von Hardenberg wollen ihren Lehnten zu Gunsten des Klosters Teistingenburg resigniren. 1268.

Nos Hermannus et Wernherus de Hardenberg presentium tenore protestamur, quod decimam in Testingenburg ad manus ecclesie in Testingenburg porreximus domino Hunoldo militi, Hunoldo de Westerode, Johanni de Büren, Bertoldo de Wenden, Bertoldo Eggeberti, Bertoldo Unco, Johanni Senstemanno civibus in



Duderstadt, et cum praepositus ejusdem ecclesie proprietatem ejus a domino Archiepiscopo Moguntino poterit optinere, ipsam resignabimus ecclesie sepe dicte sine offendiculo libere possidendam. Super quo presentem paginam dedimus sygillo nostro et sygillo cognati nostri domini Theoderici de Hardenberg firmiter roboratam. Datum Hardenberg anno gratie MCCLXVIII.

Eichsfeld. Kirchengesch. N. IX.

XII.

Hermann, Werner und Günter von Hardenberg verkaufen dem Kloster Steine die Bogtey in Volpringehusen. 1269.

Universis presentem paginam inspecturis Her. Wer. et Ge. \*) dicti de Hardenberg in eo, qui salus omnium salutem. Sicut tempus instabile labendo defluit sic cum lapsu temporis temporales defluunt actiones, ex quibus penes posteros nasci solet materia jurgiorum, nisi literarum memoria roborentur. Noscatur ergo etas presens pariter et futura, quod ego Hermannus dictus de Hardenberch et fratres mei Wernerus et Gerhardus Ecclesie in Stene advocatiam in Volpringehusen cum omnibus attinentiis vendidimus pro triginta marcis et ob reverentiam divine pietatis. Unde ne venditionem nostram alicujus postmodum impediatur calumnia et ut sepe dicta

\*) Güntherus.



venditio majoris roboris obtineat firmitatem nos scriptum nostrum ecclesie dedimus memorate et illud appensione sigilli Dni Godeschalci de Plesse ac Dni Theoderici de Hardenberch et nostri fecimus communiri. Pactionis hujus facte testes sunt Prepositus de Fredesle decanus Wer. judex Canonici Northunenses item G. nobilis de Plesse, Th. dictus de Hardenberge Her. de Herste milites et alii quam plures. Datum Anno Dni 1269. 8. Kal. Junii.

## XIII.

Schenkungs-Brief derer von Hardenberg an das Kloster Höckelheim 1270 den 25. Aug.

Nos Thidericus. Hermannus. et Wernerus. dicti de Hardenberche. omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in eo qui est vera salus. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore scripturarum memoriis sunt commendanda. Hinc est quod ad notitiam volumus devenire tam futurorum quam presentium quod nos communicato consilio et de consensu nostrorum heredum proprietatem bonorum in Herbrechtherode ob reverentiam divine retributionis intuitu contulimus ecclesie et conventui in Hokelhem libere et absolute ac omni jure quo possidemus. Hujus rei testes sunt decanus Hildebertus. Wernerus. Thidericus de Besingen canonici Nortunenses. Igitur ne predictae ecclesie in posterum aliquod oriatur ambiguum presentem paginam dedimus sigillorum no-



strorum munimine roboratam. Acta sunt hec Anno Dni MCCLXX. Octavo Kal, August. 25. Jul.

Kuchenbecker von den Hessischen Erbhofämtern.  
Seyl. Liter. H. Aus dem Origin.

## XIV.

Hermann von Hardenberg gibt den halben  
Zehnten in Hatdorf einigen Bürgern in  
Osterode zu Lehen. 1271 d. 13. Jan.

Nos Hermannus dictus de Hardenberg universis presentem litteram inspecturis cupimus esse notum, quod ad instantiam nostri familiaris henrici scilicet de medehem, medietatem decime in haldorp in villa et in agris incultis et colendis et in omni loco quo ad nos pertinere jure dicta decima hactenus visa est, bertoldo modio, anselmo, nicholao de inferno, burgensibus osterodensibus, jure contulimus feodali, hoc annexo articulo tamen, quod predictam decimam in possessione tenebimus feodali, quousque ecclesia sancti jacobi osterodensis ejusdem decime proprietatem a patronis valeat optinere, et hoc tenore presencium protestamur, dantes presentes litteras sigilli nostri Karactere quod in testimonium et robur evidens hujus facti, Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo septuagesimo primo in octava ephiphanie.

Königl. Hannöv. Archiv.



## XV.

Hermann von Hardenberg gibt dem Kloster Steine sein Recht das er an einen gewissen Zehnten in Neschhusen hatte. 1278.

Ego Hermannus miles dictus de Hardenberch in exhibitione tenore presentium recognosco publice ac protestor, quod cum unanime consensu fratrum meorum Guntheri videlicet ac Wernerii decimam quandam sitam in Oyshusen, quam, a me Theodericus et Wedekindus fratres de Billigeshusen feodaliter tenuerunt pro remedio anime mei Patris, nec non etiam pro salute propria omne jus quod ad me in eodem decima cognoscitur pertinere, contuli, Ecclesie sancte Marie in Stene ac liberaliter resignavi. Ne igitur huic pie donationi valeat imposterum calumnia sive scrupulus malitie obviare, presentem literam sigilli mei appensione insolubiler communi. Datum Plesse Anno Domini MCCLXXVIII 30 Idus Aprilis.

## XVI.

Nach dem Zeugniß Hermanns von Ballnhusen hat Dietrich von Hardenberg dem Kloster Fredelsloh den halben Zehnten in Luttringshusen verkauft. 1279. d. 20. März.

Ego Hermannus dictus de Ballenhusen, omnibus presens, scriptum visuris et auditu-



ris notum esse cupio, et publice protestor in hiis scriptis, de voluntate mea libera et arbitrio processisse, quod dilectus meus patruus theodericus miles dictus de Hardenberge dimidietatem decime ville lutteringhusen cum omni jure ad nos pertinentem monasterio sanctimonialium in fredesle vendidit pro decem marcis puri argenti jure perpetuo possidendam, renuncians tam ex parte mea quam sua, omni juri si quid nobis competere videbatur in predicta decima, in manus nobilium dominorum comitum de lutterberge. Ottonis. heidenrici. et Weneri. ad quos noscitur feodum pertinere. In hujus rei testimonium dedi presentem litteram sigilli mei munimine roboratam. Hujus autem rei testes sunt. Wenerus de hardenberg. dominus ludolfus plebanus de novali. hartwicus de novali. Johannes de ascha. et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini MCCLXXIX. in vigilia sancti abbatis benedicti.

R. S. A.

XVII.

Gunther von Hardenberg tritt den dritten Theil von dem Zehnten in Zeisfungenburg an das dasige Kloster ab. 1279. den 11 April.

Ego Guntherus dictus de Hardenberge recognosco et protestor in His scriptis, omni juri

Urf. 3. 1. 136.

2



quod potui habere vel habui in tertia parte decime ville in Teistingenburgk me renuntiasse et idem jus preposito et ecclesie in Teistingenburgk ordinis cistertiensis cum libera resignatione obtulisse et eandem tertiam partem decime predictae domino Archiepiscopo moguntino resignatam remisisse a quo ipsam ego et mei fratres integram tenuimus in feudo, ad cujus certitudinem hanc litteram preposito et ecclesie prefatis dedi sigilli mei munimine roboratam. Testes hujus renunciationis et resignationis sunt H.\* nobilis vir dictus de Rostorff Th. Dictus de Besingen D. Custos B. Dictus de Desingerode. Jo. Magister Canonici Northens. L. famulus dictus de legende et alii quam plures fide digni. Datum anno Dni MCCLXXIX tertio Idus Aprilis.

\* Hermannus.

Das Geschlecht von Rosdorf. N. V.

### XVIII.

Die Abtissin Margarethe von Gandersheim gibt dem Bischofe Siegfried von Hildesheim 9 Hufen bey Woldenberg für den Zehnten in Droctenhagen, welchen Hermann von Hardenberg zu Lehen hat. 1280 den 25. Decemb.

Margareta Dei gratia Gandersemenfis Ecclesie Abbatissa. Omnibus hanc litteram inspecturis sinceram in domino caritatem. Ad uniuersorum noticiam presentium testimonio cupimus pervenire,



quod nos in Christo venerabili patri Domino Sifrido, Hildensemensi Episcopo et ipsius Ecclesie, cum consensu nostri capituli proprietatem novem mansorum in Novali apud Woldenberge, contulimus libera voluntate perpetuo possidendam recipientes in restaurum ab ipso domino Sifrido Hildens. Episcopo, ex beneplacito et consensu sui capituli proprietatem Decime Indaginis, que dicitur Drocethenhagen, quam decimam Dnus Hermannus de Hardenberge et fratres sui, ab eodem dno Episcopo et Ecclesia Hildensemensi in pheodo tenuerunt, Et ad hec proprietatem Decime Indaginis, que dicitur Nienhagen apud Hekenbeke, in supra dicte proprietatis videlicet novem mansorum ad Novale perpetuam accepimus recompensam. In cujus rei testimonium nos prefato dno Episcopo et Ecclesie Hildens. dedimus presentem litteram nostram et Ecclesie nostre sigillorum munimine roboratam. Datum Gandersenn, Anno dni MCCLXXX. VII, Kaln. Januarii. Hujus facti testes sunt Mechtildis Ecclesie nostre Preposita, Luckardis Decana, Alheidis Custos, Mechtildis de Bilfeine, Mechtild de Eversteine nostre Canonice, Cappellanus noster, Thidericus sti Georgii plebanus, Otto de Everstein, Otto de Pleffe nobiles, Luppoldus de Vrethen, Hermannus de Gandersenn, Bruningus noster advocatus, milites et plures alii.

Sif. D. A.



## XIX.

Conrad Graf von Everstein gibt seine Güter  
in Balehorn seiner Verwandtin Benedicte.  
1283.

Nos Conradus dei gratia comes dictus  
de Everstein una cum filio nostro Engelberto  
omnibus hanc literam inspecturis salutem in Do-  
mino. Tenore presentium protestamur, quod bona  
nostra sita in villa, que dicitur Balehorne in  
manus Domine Benedicte Cognate nostre dedimus  
ipsam ac Heredes ejus predicta bona jure heredi-  
tario possidere. In hujus rei Testimonium presens  
scriptum sigilli nostri appensione duximus roboran-  
dum. Datum Plesse Anno Domini MCCLXXXIII.

Wenz Hess. Land. II. Abth. II. B. S. 773.

## XX.

Erzbischof Heinrich gibt auf Bitte Hermanns  
und Werners von Hardenberg dem Kloster  
Teistungenburg den dasigen Zehnten. 1287  
den 16. Febr.

Frater Henricus dei gratia sancte  
Maguntine sedis Archiepiscopus sacri im-  
perii per Germaniam Archicancellarius dilectis in  
christo preposito Abbatisse et conventui sanctimo-  
nialium de Teistingeburch ordinis cisterciensis Ma-  
guntine dyoc. salutem in domino. Digne agere  
credimus cum beneficiencie nostre manum porrigi-



mus in hiis negotiis in quibus pium videmus propositum et cultus divini nominis devocio provocatur. Sane nobis humiliter supplicatis quod cum Hermannus miles et Wernherus fratres de Hartenberch decimas ville in Teistungeburg predictae cum omnibus pertinentiis et juribus suis, sicut spectabant ad ipsos, quas inquam in feodum habebant a nobis et ecclesia Maguntina, in prefatos prepositum, Abbatissam et conventum et monasterium transtulerint intuitu pietatis, nos super eo nostrum impertiri consensum de benignitate solita curaremus. Cum igitur Heidenricus dictus Mudeseval, Henricus de Minnegedenrode, Henricus dictus Corrigia, Henricus et Hugo fratres de Wilenrode laici in duodecim mansis sitis apud villas Stocke, Odagsdorf Munningerode et Wilenrode, quos tamen dicti milites et laici reconcedendo eisdem et eorum heredibus in feodum habebunt a nobis et ecclesia nostra predicta pro bono et commodo prefati monasterii de Teistingeburg ne ab ipso eodem decime evellantur, nobis et supradicte nostre ecclesie recompensam congruam fecerunt et restaurum, Nos devotis vestris supplicationibus inclinati ut decime ipse ad ejus revertantur obsequium, de cujus munere processerunt, vobis favorabiliter concedimus postulata prefatas decimas vobis et antedicto vestro monasterio auctoritate litterarum precencium confirmantes sigilli nostri robore muniturum. Datum apud Mulhufen XIII. Kal. marcii anno Dni Mllo CCLXXXVII.

Wolfs Eishesed. Kirchengesch. N. XIV.



## XXI.

Erzbischof Heinrich von Mainz verpfändet  
Friedrich von Rosdorf Dietrich und Dit-  
mar von Hardenberg das Schloß Har-  
denberg 1287 den 25. Jul.

Nos frater Henricus dei gratia sancte Mogun-  
tine sedis Archiep. sacri imperii per Germaniam  
Archicancellarius recognoscimus presentibus publice  
profitendo, quod cum dilecti fideles nostri Dederi-  
cus de Hardenberg, Fridericus de Rostorp et Dit-  
marus prefati Diderici filius propter obsessio-  
nem castri nostri Hardenberg per illustres Principes Du-  
ces Brunswicenses factam seu erectionem novorum  
castrorum ad expugnandum dictum nostrum Castrum  
per predictos principes in nostrum et Ecclesie no-  
stre Moguntine prejudicium erectorum et construc-  
torum incommoda diversa et plurima pericula hu-  
cusque passi sunt et adhuc incessanter cottidie pa-  
tiantur et nos propter remotam dicti castri nostri  
distantiam ac alia nostra et Ecclesie nostre Mogun-  
tine negotia ardua, quibus ad presens diversimode  
prepedimur, predictum nostrum castrum ac ipsos  
nostros fideles inibi pro defensione constitutos ex-  
onerare et liberare aliquantulum non possumus, pre-  
dictis nostris fidelibus et eorum veris heredibus sex-  
centas marcas puri argenti dare et solvere volumus  
et presentibus promittimus, pro eo ut sepe dictum  
castrum nostrum cibent et per se ac suos amicos  
eorum laboribus periculis et expensis custodiant vi-



riliter et defendant, si vero predictum castrum ipsorum virilitate obtentum ac custoditum permanferit, ex tunc ipsi et eorum veri heredes dictum nostrum castrum Hardenberg cum universis suis redditibus tenebunt et tenere debebunt tam diu donec nos Successores nostri vel ecclesia nostra Moguntina ipsis sexcentas marcas argenti intergraliter persolvamus, adicimus preterea, quod si nos successores nostri ab eisdem Diderico, Friderico et Ditmaro vel eorum veris heredibus ipsum castrum nostrum redimere decrevimus, ex tunc domos sive curias eorum hereditarias, quas in sepedicto castro nostro habere noscuntur ac ipsarum edificia nec non bona ipsorum hereditaria quecunque in jurisdictione dicti castri sita sive in villis, censibus, pensionibus decimis, redditibus seu obventionibus vel in aliis quibuscunque quocunque titulo vel nomine censentur, quorum possessionem tenent ab ipsis comparare et eadem ipsis aut eorum veris heredibus persolvere debite debemus secundum quod quatuor viri idonei duo scilicet ex parte nostra vel successorum nostrorum et duo pro parte eorum vel ipsorum haeredum concorditer electi predictas domos sive curias edificia ipsarum nec non bona hereditaria hujusmodi ipsis dixerint fore merito persolvenda, eo tamen nobis proviso, quod idem castrum nostrum Hardenberg debet nobis successoribus nostris Ecclesie nostre Moguntine, ac officiatibus nostris sicut alia castra nostra libera contra omnem hominem aperiri, nec aliquis nobis et Ecclesie nostre aut subditis nostris adversarius in dicto castro debet quomodolibet recep-



tari eosdemque nostros fideles sicut alios castrenses in jure suo volumus in quantum est possibile conservare in premissorum omnium et singulorum evidens testimonium presentes literas conscribi fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Aschaffenburg VIII. Kal. Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo.

Wü r d t w. Nova subsid. dipl. T. V. p. 5.

XXII.

Heinrich Abt von Corvey gibt dem Kloster Katlenburg alle Güter in Ellingerode, die ihm Detmar von Hardenberg aufgelassen hat. 1290. d. 25. Octob.

Nos dei gratia Henricus Corbeijensis ecclesie abbas. notum esse volumus universis, quod ad instantiam detmari militis de hardenberg, omnia bona in Ellingerode, sicut albertus de ruma habuerat. resignatione recepta proprietavimus Ecclesie et conventui in Katelenborg, libere et perpetuo possidenda, ita tamen quod in eorum restaurum et recompensationem idem detmarus remisit nobis et ecclesie nostre in modum permutationis, octo mansos, in suwerikeshufen, quos a nobis recepit iusto pheodali titulo possidens. In cujus facti certitudinem firmiorem presentem paginam nostro sigillo communitam predicte ecclesie in Katelenborg dedimus ad cautelam, datum anno domini MCC. nonagesimo, feria quarta ante diem apostolorum Symonis et jude.

R. S. N.



## XXIII.

Otto von Bovenen wird Burgmann auf dem  
Schlosse Hardenberg. 1292 d. 29. Febr.

Ego Otto de Bovenen miles recognosco  
et protestor publice litteras per presentes, quod  
cum Reverendus Dnus meus Gerhardus Archiepis-  
copus Mogunt. receperit et acquiverit me in  
suum Castrensem super castrum ipsius  
Hartenberg et certificaverit me per suas paten-  
tes litteras de redditibus septem marcarum argenti  
usualis terre saxonie prope Laynam mihi ab ipso,  
successoribus suis et ab Ecclesia Mogunt. una cum  
heredibus meis in Castrense feudum obtinendis;  
Ego pro me et heredibus promisi et promitto bona  
fide, obligavi et obligo firmiter litteras per presen-  
tes, quod ego vel aliquis heredum meorum pro  
me in dicto castro Hartenberg continue faciet resi-  
dentiam personalem et quod nunquam recedam seu  
divertam me ab obsequiis sive servitiis fidelibus et  
devotis ipsius Domini mei Archiepiscopi, successo-  
rum ejus et Ecclesie Mogunt. imo ipsis in quibusli-  
bet necessitatibus ipsorum, meis fidelibus obsequiis  
servitiis ac devotione sincera adherebo et astabo et  
adherere promisi et promitto jugiter et astare, con-  
tra quoslibet adversarios eorundem. In hujus rei  
testimonium et evidentiam pleniorum sigillo meo  
presentem paginam roboravi. Actum et Datum An-  
no Domini Milleesimo Ducentesimo nonagesimo se-  
cundo, pridie Kalendas Martii.

W ü r d t w. diplom. Mogunt. T. I. N. XI.

129



## XXIV.

Ludwig von Rosdorf und Bertold von Ade-  
 lepsen treten in Burgmannsdienste auf dem  
 Hardenberge. 1292. den 29. Febr.

Nos Ludovicus de Rostorff et Bertholdus de  
 Adeleybischen milites recognoscimus et protestamur  
 publice litteras per presentes, quod cum Reveren-  
 dus Dominus noster Gerhardus Archiepiscopus Mog.  
 receperit et acquisierit nos in suos castrenses una-  
 nimiter sive una manu super castra sua Hartenberg  
 et Schouwenberg et certificaverit nos per suas pa-  
 tentes litteras de redditibus quatuordecim marca-  
 rum argenti usualis terre nostre, nobis et heredibus  
 nostris ab ipso successoribus suis et ab Ecclesia Mo-  
 gunt. in Castrense feudum obtinendis, nos pro no-  
 bis et heredibus nostris promissimus et promittimus  
 bona fide obligavimus et obligamus firmiter litteras  
 per presentes, quod nos vel aliquis heredum nostro-  
 rum pro altero nostrum in dictis Castris Hartenberg  
 et Schouwenburg continue faciet residentiam perso-  
 nalem et quod nunquam recedamus seu divertamus  
 nos ab obsequiis sive servitiis fidelibus et devotis  
 ipsius Domini nostri Archiepiscopi, successorum ejus  
 et Ecclesie Moguntine, imo ipsis in quibuslibet eo-  
 rum necessitatibus nostris fidelibus obsequiis et ser-  
 vitiis ac devotione sincera adhibebimus et astabimus  
 et adherere promissimus et promittimus jugiter et  
 astare contra quoslibet adversarios eorundem. In  
 hujus rei testimonium et evidentiam pleniorum si-  
 gillis nostris roboravimus presens scriptum. Actum



et Datum Anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo secundo  
pridie Kalendas Martii.

Würdtw. diplomat. Mogunt, T. I. N. X.

XXV.

Friedrich von Rosdorf und Dieterich von  
Hardenberg werden alle Festungen auf dem  
Eichsfelde anvertraut. 1296 d. 25. Febr.

Nos Gerhardus Dei gratia Sancte Moguntine  
sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam  
Archicancellarius recognoscimus, tenore presentium  
publice profitentes; Quod nos Fridericum de Ros-  
dorf et Theodoricum de Hartenberg, Milites, de  
quorum industria, fide firma et circumspicione ge-  
rentes fiduciam specialem, in nostros Officiatos re-  
cepimus, et recipimus per presentes; et committi-  
mus fidei eorum, Castra et Municiones nostras vi-  
delicet Rusteberg, Hanstein, Hartenberg, Horeburg  
et Heiligenstadt, cum universis eorum juribus, ob-  
ventionibus et fructibus, ut ex his ipsas Municio-  
nes custodiant, regant, procurent in necessariis, pro-  
tegant et gubernent.

Et ut hec ab ista die inantea efficacius exequan-  
tur, nos eisdem infra festum B. Jacobi proximum  
L marcas argenti vulgaris Terre illius dare et sol-  
vere promittimus. Et si forsan ex tunc propter mo-  
ram solucionis, hujusmodi pecuniam acceperint sub  
usuris, vel aliqua dampna notabilia sustinuerint, de  
his eos indempnes esse volumus et servabimus om-  
nino, ad que nos presentibus obligamus; et dein-



ceps singulis Annis; incipientibus currere a festo B, Jacobi supradicto, C marcas argenti pretacti dabimus et dare promittimus eisdem. L videlicet in festo S. Martini, et alias L, Dominica qua cantatur invocavit. Et insuper, si eosdem vel alterum eorumdem pretextu regiminis, procuracionis, seu defensionis predictarum nostrarum municionum, in Se vel Suis, dampna contingeret aliqua manifesta vel notoria sustinere, ad illa deponenda omnino confitemur nos presentibus obligatos.

Inter nos etiam hinc inde taliter est tractatum, et communi assensu firmatum, ut quocumque anni tempore, et Nobis et Iplis recedere liceat ab hoc facto et pacto, pro Partis beneplacito utriusque. Sic tamen, ut tanto prenunciemur tempore, ut eisdem municionibus nostris valeamus de Rectoribus, Procuratoribus seu defensoribus providere; et tunc iplis prenominatis Militibus pretaxatam annualem pecuniam quam promissimus, pro rata temporis exolvemus; et quod superest de fructibus aut obvencionibus memoratis, deductis expensis pro rata temporis similiter usibus nostris cedit, neque nobis tenebuntur ad faciendam aliquam Racionem aliam de perceptis. Castra quoque et Municiones ipsas, omni dampnorum, si qua sustinuerint intuitu eorumdem, impedimento cessante, statim restituent Nobis aut Successoribus nostris, sicut receperunt libera et soluta.



In cujus rei certitudinem presentem Litteram  
 ipfis, Sigilli nostri munimine tradi fecimus com-  
 munitam. Datum Alschaffenburg, Anno Domini  
 MCCLXXXVI. V. Kal. Marcii.

Guden Cod. diplom. T. I. p. 888.

XXVI.

Hermann von Hardenberg eignet dem Klo-  
 ster Marien-Garten 2 Hufen in Bolchar-  
 derode zu. 1297 d. 1. Jun.

Nos hermannus miles dictus de har-  
 denberge omnibus presentibus ac posteris hoc  
 scriptum audientibus vel visuris lucide recognosci-  
 mus et testamur quod omnium heredum nostrorum  
 et quorum interest accedente consensu conven-  
 tui sanctimonialium ad ortum sancte ma-  
 rie proprietamus duos mansos in Volcharde-  
 rode cum omni utilitate in villa campis filvis et  
 pratis, quos quidem mansos filii heinrici de June  
 bone memorie videlicet Johannes heinricus conra-  
 dus et richelmus tenuerunt a nobis titulo feudali  
 et nos una cum heredibus nostris seu successosibus  
 veram prestabimus warandiam in proprietate man-  
 sorum predictorum, ubicunque aut quandocunque  
 fuerit hoc necesse. In hujus rei memoriam firmio-  
 rem presens scriptum nostri sigilli munime roboram-  
 mus, datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> septimo in  
 vigilia pentecostes.

¶. H. H.



## XXVII.

Erzbischof Gerard von Mainz bestellt Friedrich von Rosdorf und Dietrich von Hardenberg als Befehlshaber über die Schlösser Gleichenstein, Ballenhausen, Seebach und Bischofsgutter. 1299.

Nos Fridericus de Rosdorf et Theodericus de Harthenberg, milites officii Reverendi patris Domini Gerhardi Archiepiscopi Mogunt. recognoscimus et universis ad quos presentes littere pervenerint cupimus esse notum quod predictus dominus noster Gerhardus Archiepiscopus nobis ac nostris heredibus castrum suum Muleburg jure feudali concessit ad hoc honorabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Mogunt. accedente consensu tam diu donec nobis quingentas marcas fribergens. argenti. sub warandia et pondere Erfordens. in opido Heyllgenstad. plene persolvat, quam pecuniam postquam pagata fuerit. de jam dicto opido Heyllgenstad usque Gottingen vel ad castrum eidem opido vicinum pro modulo sue possibilitatis conducet, constituit insuper nos dictus Dnus noster Archiepiscopus suos officios in Glychensten Ballenhausen Sebeche, et in Bychovisguttern, ita videlicet quod omnes fructus redditus, pensiones, proventus et obventiones ipsorum castrorum quocumque nomine censeantur cum redditibus et censibus universis spectantibus ad villam suam Dorlon. percipiamus integraliter et complete de quibus nos et nostri he-



redes, cum nobis successerint castra eadem in expensis circa custodiam et alia ipsis necessaria quaecunque fuerint conservare fideliter tenebimur. et exsolvemus pensiones sive feuda que ipsi Domino Archiepiscopo de bonis et fructibus hujus persolvenda incumbunt. videlicet castrensis in Sebeche decem Marcas et novem maldra frumenti Erfordens. mensure Ludewico vero de Kindehusen septem marcas puri argenti juxta predictam Domini Archiepiscopi quas nobis dedit continentiam litterarum Illi de Spangenberg triginta marcas et quam diu nos, castra tenuerimus sicut premititur, antedicta: ad solutionem centum marcarum argenti, quas nobis ipse Dominus Archiepiscopus pro conservatione castrorum suorum Rüsteberg et Hannenstein dare promisit non tenetur. Sed de hiis quitus erit penitus et solutus, conservabimus tamen. Castra eadem nihilominus sicut ante si vero supra dictum castrum Muleburg pro quingentis marcis. Idem Dominus Archiepiscopus reemerit, antedictus. quod in quolibet anno facere poterit tantum a festo beati Martini usque ad festum sancte Walpurgis, castra Glychenstein Ballenhufen Sebechen et Bischovisguttern cum suis redditibus censibus, juri- bus et pertinentiis et cum bonis in Dorlon. quemadmodum pervenerunt ad nos ad ipsum Dominum Archiepiscopum successores suos et ecclesiam Mogunt. absque contradictione et impedimento libere revertentur. Ad rationem autem que vulgariter rechnungen dicitur nos ipsi Domino Archiepiscopo de premissis vel singulis premissorum minime tene-



bimur. et si forte propter brigas\* ex mandato ipsius Domini Archiepiscopi speciali susceptas expensas fecerimus sive dampna susinuerimus de hiis nobis ipse dominus Archiepiscopus satisfacere tenebitur, prout consonum fuerit rationi. Demum si nos propter necessitatem aliquam evidenter urgentem, pretactam ab ipso Domino Archiepiscopo vel suis successoribus voluimus pecuniam rehabere, nos ante diem in qua nobis petimus fieri solutionem ipsum Dominum Archiepiscopum unius anni premisso spacio ammonemus, et si ex tunc elapso anno post monitionem huiusmodi pecuniam non solverit antedictam obligandi castrum ipsum pro tanta pecunia de scitu ipsius Domini Archiepiscopi et capituli Mogunt. personis a quibus sine difficultate redimi seu reemi valeat sicut fuerat obligatum plenam et liberam habebimus facultatem. Ceterum si quando castrum ipsum per dictum Dominum Archiepiscopum successores suos aut ecclesiam Mogunt. redemptum fuerit seu reemptum. nobis sive nostris heredibus aut hiis quibus sicut premittitur fuerit obligatum. Quingentis marcis argenti pretactis. solutis ad ipsum Dominum Archiepiscopum successores suos et ecclesiam Idem castrum Muleburg. Cum suis pertinentiis libere revertetur. nec propter aliqua dampna seu expensas vel impensas vel ulla alias causas detinebitur dicto domino Archiepiscopo aut successoribus suis in vitis a nobis aut a nostris heredibus quibuscunque sicut hec prescripta in forma modo seu condicionibus superius positis, et inferius et non aliter sub aliis litteris predictorum Domino-



rum Archiepis. ac decani et capituli sigillorum appensione munitis habemus. promittentes bona fide omnia et singula supradicta rata et firma habere perpetuo et tenere. et non contra facere vel venire. aliqua arte vel ingenio omni dolo et fraude exclusis. ad ea nos et nostros heredes sine aliqua exceptione juris et facti sollempniter obligando. In quorum omnium testimonium et debitam roboris firmitatem predictis Dominis nostris Archiepiscopo et Decano capitulo presentes literas dedimus prudentum virorum Magistrorum consulum. et ipsorum consulum tam in Mulhusen et in Heiligenstad nec non nostrorum appensione munitas. Nos quoque Magistri consulum et ipsi consules predictorum oppidorum in Mulhusen et in Heyligenstad. recognoscimus quod nos ad petitionem et rogatum predictorum friderici et Theoderici sigilla nostra presentibus duximus appendenda. in evidens testimonium geste rei actum Anno Domini Millefimo ducentesimo nonagesimo nono.

Wü rdtw. diplomat. Mogunt. T. I. p. 110.

### XXVIII.

Hildebrand, Bernard und Johann von Hardenberg bekennen, daß ihnen an dem gleichnamigen Schlosse und Amte kein Recht zustehe. 1303 den 7. Mai.

Nos Hildebrandus et Bernardus fratres, nec non Johannes filius quondam Dithmari de Hardinberg

Hef. 3. I. Thl.

3



publice sponte ac liberaliter recognoscimus in his scriptis, et ad universonum tam praesentium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, nos et heredes nostros nullum jus habere, aut vindicare posse, in officio vel Castro Hardinberg, praeter cafrensem residentiam, que Burgfaze vulgariter appellatur; et quod Reverendus Pater et Dominus noster, D. Gerhardus, Archiepiscopus, Successores sui et Ecclesia Moguntina sibi in eodem Castro suo officiatum vel officiatos possunt instituire, quando et quociens ipsis expedire videbitur, pro ipsorum libito voluntatis.

Facta est per nos haec recognicio in orto\*) ante castrum Hardenberg; in praesentia Dni Archiepiscopi praedicti, et testium subscriptorum, Honorabilium Virorum, Dominorum videlicet Luppoldi\*\*) praepositi ecclesiae Northunensis. Gerhardi Decani ecclesiae-Frislariensis. Ottonis Comitis de Waldecken. Weruheri de Westerburg. Friderici de Rosdorf. Bertoldi de Adelfisen. Ottonis et Henrici de Boventen. Hermanni de Hardinberg. Arnoldi de Hauinsforte. Theoderici de Mederiche. Johannis de Brabecke. Volperti de Ameneburg, dicti ex-Curia. Theoderici de Haldiffen Militum, Henrici nati nobilis viri Dni Ottonis, Comitis de Waldecken predicti Hermanni de Rumerode. Eckehardi de Velsberg, ac plurium aliorum fide dignorum.

Et nos testes prescripti rogati Sigilla nostra, qui

\*) pro Horto.

\*\*) de Hanstein.



ea apud nos habemus, huic scripto apponimus intestimonium premissorum.

Ego insuper Hildebrandus predictus pro me Bernhardo fratre meo, et Johanne filio Ditmari de Hartinberg, ad rogatum ipsorum ad majorem evidentiam sigillum meum apposui huic scripto. Nos quoque Bernardus et Johannes prefati quia propriis sigillis caremus, sigillo prenotati Hildebrandi una secum in presentibus usi sumus.

Datum Hardinberg, Anno Domini MCCCIII, Nonis Maii.

Guden, T. III. N. X.

XXIX.

Nörten wird Hildebrand von Hardenberg von dem Kurfürsten Gerhard von Mainz verpfändet 1303. d. 9. Aug.

Gerhardus dei gratia sancte Maguntinensis sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius recognoscimus tenore presencium publice profitentes nos Hildebrando de Hardenberge et suis heredibus, omnibus ejus rationibus nobis factis per ipsum amicabiliter computatis obligatos esse in quingentis marcis argenti puri expensarum intuitu et damnorum etc. et si forsitan antea completam solutionem hujusmodi migraverimus ab hac luce domino sic volente, villa nostra Northene cum suis censibus sibi pro eo, quod solvendum remanserit, pignus



erit, donec pro residuo liberatur supradictis censibus et obventionibus percipiendis in sortem minime computatis. In cujus rei testimonium praesens scriptum nostro sigillo tradimus communitum. Datum Frislar anno domini MCCC tertio V idus augusti.

S. A.

XXX.

Friedrich von Rosdorf wird als beständiger  
Amtmann auf dem Hardenberge ange-  
stellt. 1303 d. 9. Aug.

Nos fridericus de Rosdorff miles, et Hildebrandus de Hartenberg recognoscimus tenore praesentium publice profitentes, nos reverendi Patris et Domini nostri, Domini Gerhardi Archiepiscopi Moguntine recepisse et habere Litteras in haec verba, Nos Gerhardus Dei gratia sanctae Moguntinae sedis Archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius, recognoscimus tenore praesentium, publice profitentes. Quod nos strenuum militem fridericum de Rosdorff officiatum nostrum constituimus in castro nostro Hartenberg ad perpetuum vitae suae invariabilem. Ita sane quod ipse castrum idem Castrenses homines possessiones attingentes clerum Ecclesias et monasteria, quae in dicti castri territorio seu districtu esse noscuntur, in suis juribus, honoribus et libertatibus quantumcunque poterit vice nostra, consiliis et auxiliis fi-



deliter manu teneat et conferuet, et si forsitan ipse nobis super vixerit et nostrorum aliquis successorum eum a praedicto vellet officio remove, hoc fieri poterit et debebit, si eidem ducentae, marcae argenti puri, quibus ei jam dudum noscitur obligati, fuerint persolutae quae tum cum morte ipsius friderici, si antequam amctus fuerit, ab eodem officio decesserit extinguentur. Hildebrandus etiam de Hartenberg erit collega ejusdem friderici militis in officio supra dicto, praeterea castrum ipsum quandocunque fuerit ut praedicitur restituendum; non debet expensarum, vel impensarum, aut damnorum intuitu quorumcunque, vel propter causam aliquam contra velle nostrum, vel ecclesiae nostrae, per tempus aliquod retineri, semper autem idem castrum nobis et nostris apertum esse debet, contra omnes injuriatores, adversarios, sive hostes, et nulla damna vel impedimenta de ipso penitus irrogari. praedictos etiam fridericum militem, et hildebrandum manutenebimus et defensabimus, tanquam nostros officiatos ad suam justitiam obtinendam, locis et temporibus opportunis, Dantes eis has nostras Litteras super eo. Datum fritzlar. Anno Domini Millefimo trecentesimo tertio, quinto Idus Augusti. Et nos fridericus de Rostorff miles et Hildebrandus de Hartenberg praedicti praescripta omnia et singula rata et grata habemus, acceptamus et laudamus, promittentes fideliter in his scriptis, nos ea firmiter et inviolabiliter servaturos, sub praesentium testimonio Litterarum quas nostris sigillis roboratas, ad majorem fir-



mitatem et certitudinem tradimus super eo. Datum  
fritzlar. Anno Domini MCCC tertio quinto Idus  
Augusti.

W ü r d t w. diplomat, Mogunt. T. I. p. 100.

XXXI.

Bergleich zwischen den benannten von Har-  
denberg und dem Kloster Amelungsborn  
wegen des Holz-Rechts in dem Hilder-  
fer Walde. 1303. 24. Novemb.

Scripti presentis declaratione pateat universis,  
quod nos Hildebrandus fratres dicti de Hardenberge  
et Johannes ac Burchardus fratres dicti  
de Saldere unanimi consensu et voluntate here-  
dum nostrorum cum reverendis viris domino Ber-  
tramo Abbate et Henrico Priore totoque con-  
ventu in Amelungsborne super quadam diffensione  
habita de portione lignorum in Silva ville no-  
stre Hildeffen, que cedit dominis prefatis ex  
parte agrorum suorum ad villam Bercholtshufen.  
que nunc destructa est. pertinentium. reformati et  
concordati sumus amicabiliter in hunc modum....  
.... Testes sunt viri nobiles dominus Otto de Bo-  
venten senior. dominus fredericus de Rostorp. Her-  
mannus miles de Hardenberge. et Engelbertus.  
Wernherus et Gerhardus filii sui et alii quam plu-  
res. Datum et actum anno dominice incarnat.  
MCCCIII in vigilia beate catharine virginis.

Falke Trad. Corb. p. 866.



## XXXII.

Gerard edler Vogt vom Berge überläßt  
sein Lehenrecht an dem Zehnten zu Ros-  
dorf Hildebrand von Hardenberg. 1304.  
d. 3. Jan.

Universis Christi fidelibus praesens scriptum vi-  
suris Nos Gerardus nobilis Advocatus de Monte,  
volumus esse notum, quod omne jus feodi, quod  
habemus a Reverendo Domino nostro Maguntinae  
sedis Archiepiscopo in Decima villae et campi Ro-  
storp, quam Decimam Hildebrandus de Harden-  
berch et coheredes ipsius habent a nobis titulo feo-  
dali de bona voluntate et libero consensu Wede-  
kindi, filii nostri dilecti, omniumque aliorum he-  
redum nostrorum et univerforum, quorum consen-  
sus de jure, facto vel consuetudine est vel fuerat  
requirendus, damus irrevocabiliter inter vivos ipsi  
Hildebrando et coheredibus suis ob specialem favo-  
rem et servicia nobis ab eis exhibita saepius et in-  
penfa, ad manus eorundum. Domino nostro Ma-  
guntino praefato jus feodi praedictum praesentibus  
resignantes, concedimus ejus liberam facultatem de  
dicta decima disponendi et ordinandi et quicquid  
placuerit eis deinceps perpetuo faciendi, Renuncia-  
mus etiam per nos nostrosque heredes et successo-  
res, omnibus juribus, actionibus et requisitionibus  
nobis nostrisque heredibus et successoribus in ipso  
et pro ipso Feodo de jure vel de facto competentibus  
promittentes per nos nostrosque heredes et suc-



cessores omnia et singula rata, grata et firma habere et in nullo penitus contra ire, nec donationem praemissam ex causa aliqua revocare. In cujus rei testimonium et certitudinem ampliorem praefens scriptum appensione sigilli nostri fecimus communiri. Acta sunt haec in civitate Minden, praesentibus venerando in Christo patre ac Domino nostro Ludolfo Myndenſis Ecclesiae Episcopo et honorabilibus Dominis Gylone dicto Vos, Archydiacono in Aleden Magistro Jacobo Archydiacono in Paltenhufen, Henrico Cantore, Hermanno de Valkenbrech Scolastico, Canonicis majoris Ecclesiae praedictae, et strenuis viris Reinhero de Volfcholthe, Johanne dicto Dhume, Hartberto de Mandeslo, Johanne de Lubbecke et Rabodone dicto Seele, nec non Henrico de Monchhufen, Militibus, Wedekindo dicto Oldenborgere, Ludolfo dicto Westfal, Johanne dicto Selcop, famulis testibus ad hec vocatis, specialiter et rogatis. Datum Mynde in octava beati Johannis Apostoli et Evangelistae Anno Domini MCCC quarto.

Praecedens copia cum vero suo sigillo, quod in anteriori sua parte contritum et elisum fuit, appenso authorisato, in membrana scripto, atque collationandi actum mihi infra nominato Notario Publico exhibito Originali ad verbum usque concordat, in cujus rei veritatem et fidem Signum Notariatus mihi concessum inferius impressi, nomenque meum subnotavi, ad hunc actum requisitus atque rogatus.

Johannes Schnuphaste, Not.

Caes. Publicus in fidem.

Treuer's Münchhaus. Geschlechts-Historie. Anh. C. 19.



## XXXIII.

Das Kloster Walkenried kauft von den Herren von Hardenberg den Zehnten in Rosdorf. 1304. d. 24. Januar.

